

## MORS OMNIBUS COMMUNIS.



Uid prodest homini generosi  
Stemmatis ortus?

Quid probitas & honos, di-  
vitiarumque? Nihil.

Tollit honoratos, claros, ditesque;  
probosque;

Parca, vel Hyrcanis anteferenda feris.

Sic CALLENBERGI quoque rapta MARITA  
DYNASTÆ,

Quæ stirpe Illustri progenerata fuit.

Hujus nunc obitum merito mea Patria luget,

Præsertim lacrumis ora DYNASTA rigat.

Attamen hoc statuo, nimium non esse dolendum:

Sit modus in gemitu, sit modus in lacrumis.

Sic lubuit summo Cœli, Terrarumque Monarchæ:

Qui finxit, rerum quicquid ubique viget.

O bene! cum Sanctis in Cœlis ILLA triumphat,

Atque DEUM laudans splendet in axe Poli.

Heic igitur discas, tristem qui conspicias urnam,

Quid sis, quid fueris, quidve futurus, Homo:

Nil aliud mortalis homo est, nisi bulla caduca,

Fumus, flos, tenuis pulvis, & umbra fugax.

Est molli similis violæ, quam tempore vernô

Una dies nasci vidit, & una mori.

Nil aliud nostrum corpus, nisi putre cadaver,

Gratus serpentum vermiculatumque; cibus.

Nil aliud vita est præsens nisi pugna molesta,

Cumque dolore labor, cumque labore dolor.

Ast æterna quies mors, & via certa salutis,

Insuper humanis est medicina malis.

Felix, qui vitam commutat morte beatâ,

Inter & Angelicos plaudit ovatumque choros!

Travers